

Communio. *Matth. 1.* Joseph fili David, noli timere accipere Mariam conjugem tuam : quod enim in ea natum est, de Spiritu sancto est, **Postcommunio.** Adesto nobis, quæsumus misericors Deus : et, intercedente pro nobis beato Joseph Confessore, tua

circa nos propitiatus dona custodi. Per Dominum nostrum.

¶ Si Festum S. Joseph occurrerit in Dominica Passionis, transferendum erit in Feriam secundam immediate sequentem; et quoties inciderit in majorem Hebdomadam, reponendum erit in Feria quarta post Dominicam in Albis, tamquam in sede propria.

DIE XXI. MARTII. S. Benedicti ABBAT.

MISSA. *Os justi*, de Comuni Abbatum, p. [32].

¶ De Festis duplicibus quæ transferri possunt, et veniunt a Dominica Palmarum usque ad Octavam Paschæ, nihil fit; sed post Octavam celebrantur : et tunc in fine Introitus ante Psalmum dicuntur duo *Aleluia*, et in fine Offertorii et Communionis, unum *Aleluia*. Post Epistolam non dicitur Graduale, sed dicuntur duo Versus cum quatuor *Aleluia*, ut notatum est in

Sabbato in Albis p. 271. Et hoc idem observatur in omnibus Festis, quæ celebrantur inter Pascha et Pentecosten.

De Duplicibus vero quæ transferri nequeunt, et de Semiduplicibus occurrentibus in Dominica Palmarum, ultimo triduo Hebdomadæ majoris et triduo Paschæ nihil fit : reliquis diebus a Dominica Palmarum usque ad Octavam Paschæ inclusive, fit de eis tantum Commemoratio.



DIE XXV. MARTII.

In festo Annuntiationis
beatae Mariae Virginis.

Introitus.

*Ps. 44.*

U l t i m
tuum de
preca
buntur
omnes di
vites ple
bis : ad
ducuntur Regi virgines
post eam : proximæ ejus
adducuntur tibi in lætitia
et exultatione. *Ps. 118.*
Eructavit cor meum verbum
bonum : dico ego
opera mea Regi. *V. Gló
ria Patri, et Filio.*

Oratio. Deus, qui de beatæ Mariæ Virginis útero Verbum tuum, Angelo nuntiante, carnem suscipere voluisti : præsta supplicibus tuis; ut qui vere eam Genitricem Dei credimus, ejus apud te intercessionibus adjuvemur. Per eúmdē.

Si celebretur in Quadrag.
fit Commem. Feriæ.

Léct. Isaiæ Proph. 7. 6.

I n diébus illis : Locutus est Dóminus ad Achaz, dicens : Pete tibi signum a Dómino Deo tuo in profundum inferni, sive in excelsum supra. Et dixit Achaz : Non petam, et non tentabo Dóminus. Et dixit : Audite ergo domus David : Numquid parum vobis est, molestos esse hominibus, quia molesti estis et Deo meo? Propter hoc dabit Dóminus ipse vobis signum : Ecce virgo concipiet, et páriet filium, et vocabitur nomen ejus Emmánuel. *Bútyrum et mel comēdet, ut sciat reprobare malum, et eligere bonū.*
Graduale. *Ps. 44.* Diffusa est grátia in lábiis tuis : propterea benedixit te Deus in ætérnum. *V. Propter veritatem, et*

mansuetudinem, et iustitiam : et deducet te mirabiliter dextera tua. **Cractus.** Audi filia, et vide, et inclina aurem tuam : quia concupivit Rex sp̄ciem tuam. **V.** Vultum tuum deprecabuntur omnes divites plebis : filia regum in honore tuo. **V.** Adducētur Regi virgines post eam : proximæ ejus afferentur tibi. **V.** Adducētur in lætitia, et exultatione : adducētur in templum Regis.

Post Pascha, omissis Graduali et Tractu, dicitur

Allelúia, allelúia. **V.** *Luc. i.* Ave María, gr̄tia plena : Dóminus tecum : benedicta tu in mulieribus. Allelúia. **V.** Virga Jesse floruit : virgo Deum et hóminem genuit : pacem Deus reddidit, in se reconcilians ima summis. Allelúia.

Seq. sancti Evangelii secundum Lucam. *1. c.*

In illo tēpore : Misus est Angelus Gábríel a Deo in civitatem Gallææ, cui nomen Názareth, ad Virginem deponsatam viro, cui nomen erat Joseph, de domo David, et nomen Virginis María. Et ingressus Angelus ad eam, dixit : Ave gr̄tia plena : Dóminus tecum : benedicta tu in mulieribus.

Quæ cum audisset, turbata est in sermone ejus : et cogitabat, qualis esset ista salutatio. Et ait Angelus ei : Ne timeas, María, invenisti enim gr̄tiam apud Deum : ecce concipies in útero, et páries filium, et vocabis nomen ejus Jesum. Hic erit magnus, et Filius Altissimi vocabitur, et dabit illi Dóminus Deus sedem David patris ejus : et regnabit in domo Jacob in ætérnum, et regni ejus non erit finis. Dixit autem María ad Angelum : Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco? Et respondens Angelus, dixit ei : Spiritus sanctus superveniet in te, et virtus Altissimi obumbrabit tibi. Ideoque et quod nascetur ex te Sanctum, vocabitur Filius Dei. Et ecce Elisabeth cognata tua, et ipsa concepit filium in senectute sua : et hic mensis sextus est illi, quæ vocatur stérilis : quia non erit impossibile apud Deum omne verbum. Dixit autem María : Ecce ancilla Dómini, fiat mihi secundum verbum tuum. **CREDO.** **Offertorium.** *Ibid.* Ave María, gr̄tia plena : Dóminus tecum : benedicta tu in mulieribus.

et benedictus fructus ventris tui.

Secreta. In mentibus nostris, quæsumus Dómine, veræ fidei sacramenta confirma : ut, qui conceptum de Virgine Deum verum et hóminem confitemur ; per ejus saluteræ resurrectionis poténtiam, ad ætérnam mereamur pervenire lætítiam. Per eúdem Dóminum nostrum Jesum Christum.

PREFATIO de B. Maria. *Et te in Annuntiatione, p. 250.*

Communio. *Isaie 7.* Ecce virgo concipiet, et páriet filium : et vocabitur nomen ejus Emmánuel.

Postcommunio. Gr̄tiam tuam, quæsumus Dómine, mentibus nostris infunde : ut qui, Angelo nuntiante, Christi Filii tui incarnationem cognovimus ; per passionem ejus et crucem, ad resurrectionis glóriam perducamur. Per eúdem Dóminum.

¶ Si Festum Annuntiationis beate Mariæ Virginis venerit in Dominica privilegiata ante Hebdomadam majorem, transferendum erit in Feriam ij. immediate sequentem, quocumque Festo equalis, non autem altioris ritus in eam incidente. Si autem venerit in Hebdomada majori, vel Paschali, transferendum erit pari cum privilegio in Feriam ij. post Dominicam in Albis, servato ritu Paschali.

DIE XXVII. MARTII.

S. Joannis Damasceni

CONFESSORIS ET ECCLESIE DOCTORIS.

Intróitus. *Psalm. 72.*



Enuisti manum dexterae meae : et in voluntate tua deduxisti me, et cum gloria suscepisti me. *Ps. ibid.* Quam bonus Israel Deus his, qui recto sunt corde! **V.** Glória Patri.

Oratio. Omnipotens sempitérne Deus, qui ad cultum sacrarum imaginum adserendum,

beatum Joannem celestis doctrina, et admirabili spiritus fortitudine imbusti : concede nobis ejus intercessionem et exémplo ; ut quorum cõlium imágenes, virtutes imitemur ac patrocinia sentiamus. Per Dñum.

In Quadrag. Commem. Feriæ.

Lect. libri Sapientiae. 10. **J**ustum deduxit Dóminus per vias rectas, et ostendit illi re-

gnum Dei, et dedit illi scientiam sanctorum : honestavit illum in laboribus, et complevit labores illius. In fraude circumventum illum affuit illi : et honestum fecit illum. Custodivit illum ab inimicis, et a seductoibus tutavit illum, et certamen forte dedit illi ut vinceret, et sciret quoniam omnium potentior est sapientia. Hæc venditum justum non dereliquit, sed a peccatoribus liberavit eum : descenditque cum illo in foveam, et in vinculis non dereliquit illum, donec afferret illi sceptrum regni, et potentiam adversus eos, qui eum deprimebant : et mendaces ostendit, qui maculaverunt illum, et dedit illi claritatem æternam. Hæc populum justum, et semen sine querela liberavit a nationibus, quæ illum deprimebant. Intravit in animam servi Dei, et stetit contra reges horridos in portentis et signis. Et reddidit justis mercèdem laborum suorum.

Graduale. Ps. 17. Deus, qui præcinxit me virtute : et posuit immaculatam viam meam. **V.** Qui docet manus meas ad prælium : et in-

posuisti, ut arcum æreum, brachia mea.

Tractus. Ib. Persequar inimicos meos, et comprehendam illos. **V.** Confringam illos, nec poterunt stare : cadent sub tus pedes meos. **V.** Propterea confitebor in nationibus, Dñe, et nomen tuum psalvum dicam.

Temp. Pasch. omittitur Graduale, et ejus loco dic.

Allelúia, allelúia. **V. 1. Reg. 25.** Dominus salvavit manum tuam tibi : quia proelia Domini tu preliaris. Allelúia. **V. Ps. 143.** Benedictus Dominus Deus meus, qui docet manus meas ad prælium, et digitos meos ad bellum. Allelúia.

Extra tempus Paschale, **GRADUALE. Deus, qui præcinxit,** ut supra.

Allelúia, allelúia. **V.** Dedisti mihi protectionem salutis tuæ : et dextera tua suscepit me. Allelúia.

Seq. sancti Evangelii secundum Lucam. 6.

In illo tempore : Factum est et in alio sabbato, ut intraret Jesus in synagogam, et doceret. Et erat ibi homo, et manus ejus dextera erat arida. Observabant autem Scribæ et Pharisei, si in sabbato curaret : ut in-

venirent unde accusarent eum. Ipse vero sciebat cogitationes eorum. Et ait homini, qui habebat manum aridam : Surge, et sta in medium. Et surgens stetit. Ait autem ad illos Jesus : Interrogo vos, si licet sabbatis bene facere, an male : animam salvam facere, an perdere? Et circumspiciens omnibus dixit homini : Extende manum tuam. Et extendit : et restituta est manus ejus. Ipsi autem replati sunt insipientia, et colloquebantur ad invicem, quidnam facerent Jesu.

CREDO.

Offertorium. Job. 14. Lignum habet spem : si præcisum fuerit, rur-

sum virescit, et rami ejus pullulant.

Secreta. Ut, quæ tibi Domine offerimus, dona tuo sint digna conspectu : beati Joannis et Sanctorum, quos ejus opera expositos in templis colimus, pia suffragatio conspiret. Per Dominum.

Communio. Ps. 36. Brachia peccatorum contendantur, confirmat autem justos Dominus.

Postcommunio. Sumptanos, quasumus Domine, dona cælestibus armis tueantur, et beati Joannis patrocinia circumdant : Sanctorum unanimi suffragio cumulata, quorum imagine evicit in Ecclesia esse venerandas. Per Dominum.

DIE XXVIII. MARTII.

S. Joannis a Capistrano CONF.

Introitus. Habac. 3.

Go autem in Domino gaudebo : et exsultabo in Deo Jesu meo : Deus Dominus fortitudo mea. **Ps. 80.** Exsultate Deo adjutori nostro, jubilate Deo Jacob. **V.** Glória.

Oratio. Deus, qui per beatum Joannem fideles

tuos in virtute sanctissimi nominis Jesu de crucis inimicis triumphare fecisti : præsta, quasumus; ut spirituum hostium ejus intercessione superatis insidiis, coramam justitiæ a te accipere mereamur. Per eundem Dominum.

In Quadrag. Commem. Feriæ.

Lect. libri Sapientiae. 10.

Justum deduxit Dominus per vias rectas, et ostendit illi regnum Dei, et dedit illi scientiam sanctorum: honestavit illum in laboribus, et complévit labores illius. In fraude circumvenientium illum affuit illi: et honestum fecit illum. Custodivit illum ab inimicis, et a seductoribus tutavit illum, et certamen forte dedit illi ut vinceret, et sciret quoniam omnium poténtior est sapientia. Hunc venditum justum non dereliquit, sed a peccatoribus liberavit eum: descenditque cum illo in fóveam, et in vincula non dereliquit illum.

Graduale. Ps. 27. Qui timétis Dóminum, laudate eum: univérsum semen Jacob glorificáte eum. **V.** Timeat eum omne semen Israel: quoniam non sprevit, neque despéxit deprecationem páuperis.

TRACTUS. Exod. 15. Fortitúdo mea, et laus mea Dóminus, et factus est mihi in salutem: iste Deus meus, et glorificábo eum. **V.** Dóminus quasi vir pugnátor, omnipotens nomen ejus. **V. Ps. 75.** Dóminus

cónterens bella: Dómini nomen est illi.

Tempore Paschali omittitur Graduale et ejus loco dicitur:

Allelúia, allelúia. V. Ps. 58. Ego autem cantábo fortitúdinem tuam: et exultábo mane misericórdiam tuam. **Allelúia. V.** Quia factus es suscéptor meus, et refúgium meum in die tribulationis meae. **Allelúia.**

Extra tempus Paschale. **GRADUALE Qui timétis,** ut supra.

Allelúia, allelúia. V. Ps. 58. Ego autem cantábo fortitúdinem tuam: et exultábo mane misericórdiam tuam. **Allelúia.**

Seq. sancti Evangelii secundum Lucam. 9.

In illo tempore: Convocatis Jesus duodecim Apóstolis, dedit illis virtutem, et potestatem super omnia dæmónia, et ut langües curarent. Et misit illos prædicare regnum Dei, et sanare infirmos. Et ait ad illos: Nihil tuléritis in via, neque virgam, neque peram, neque pectiniam, neque duas tunicas habeatis. Et in quacúmque domum intraveritis, ibi manéte, et inde ne exéatis. Et quicúmque non

recéperit vos: exéuntes de civitate illa, étiam pulvérem pedum vestrorum excúte in testimónium supra illos. **Egrés-** autem circúbant per castélla, evangelizántes, et curántes ubique.

Offertorium. Eccli. 46. Invocávit Altíssimum poténtem in oppugnándo inimicos úndique, et audivit illum magnus et sanctus Deus.

Secreta. Sacrificium, Dómine, quod immolámus, placátus inténde: ut, intercedente beato Joanne Confessore tuo, ad conteréndas inimicórum insidias nos in

tuæ protectiónis securitáte constituat. Per Dóminum nostrum Jesum Christum.

Communio. Sap. 10. Decantavérunt, Dómine, nomen sanctum tuum, et víctricem manum tuam laudavérunt.

Postcommunio. Repléti alimónia cælesti et spirítuali póculo recreáti quæsumus, omnipotens Deus: ut, intercedente beato Joanne Confessore tuo, nos ab hoste maligno deféndas, et Ecclesiam tuam perpétua pace custódias. Per Dóminum nostrum Jesum Christum.

FERIA SEXTA POST DOMIN. PASSIONIS.

Septem Dolorum B. Mariæ Virg.

Introitus. Joann. 19.

Stabat juxta crucem Jesu mater ejus, soror matris ejus Maria Cleopha, et Salomé, et Maria Magdaléne. **V. Ibid.** Mulier, ecce filius tuus: dixit Jesus; ad discipulum autem: Ecce mater tua. **V.** Glória Patri.

Oratio. Deus, in cuius passióne, secundum Simeónis prophetiam, dulcissimam animam

gloriosæ Virginis et Matris Mariæ doloris gladius pertransivit: concede propitius; ut qui transfixionem ejus et passionem venerádo recólimus, gloriosis méritis et precibus ómnium Sanctorum cruci fideliter adstantium intercedéntibus, passiónis tuæ effectum felicem consequámur: Qui vivis et regnas cum Deo Patre.

Et fit Commem. Feriæ.
* In Missis votivis dicatur sequens

Oratio. Intervéniat pro nobis, quæsumus Dómine Jesu Christe : nunc, et in hora mortis nostræ, apud tuam cleméntiam beáta Virgo Maria Mater tua; cuius sacratissimam animam in hora tuæ passionis doloris gladius pertransivit : Qui vivis et regnas.

Lect. libri *Juditij. 13. c.*

Benedixit te Dóminus in virtúte sua, quia per te ad nihilum redégit inimicos nostros. Benedícta es tu filia a Dómino Deo excélsio, præ omnibus mulieribus super terram. Benedíctus Dóminus, qui creávit cælum et terram : quia hódie nomen tuum ita magnificávit, ut non recédât laus tua de ore hómínium, qui mêmores fuerint virtútis Dómini in ætérnum, pro quibus non pepercisti animæ tuæ, propter angústias et tribulatiónem géneris tui, sed subvenisti ruinæ ante conspécium Dei nostri.

Graduale. Dolorosa et lacrymábilis es, Virgo Maria, stans juxta crucem Dómini Jesu Filii tui Redemptoris. *V.* Virgo Dei Génitrix, quem totus non capit orbis, hoc crucis fert supplicium auctor vitæ factus homo.

Tractus. Stabat sancta Maria, cæli Regina, et mundi Dómina, juxta crucem Dómini nostri Jesu Christi dolorosa. *V. Thren. 1.* O vos omnes, qui transitis per viam, attendite, et videte, si est dolor sicut dolor meus.

¶ In Missis votivis per annum, dicto Grad. *Dolorosa*, ut supra, et omisso Tractu, dicitur:

Allelúia, allelúia. *V.* Stabat sancta Maria, cæli Regina, et mundi Dómina, juxta crucem Dñi nostri Jesu Christi dolorosa. Allelúia.

Temp. Pasch. dictis Allelúia, allel, et V. Stabat, etc. ut supra, additur:

V. Thren. 1. O vos omnes, qui transitis per viam, attendite, et videte, si est dolor sicut dolor meus. Allelúia.

Sequentia

in Missis votivis omittenda.

Stabat Mater dolorosa [sa, juxta crucem lacrymódum pendebat Filius.

Cujus animam geméntem, [tem, Contristatam et doléntem Pertransivit gladius.

O quam tristis et afflicta

Fuit illa benedícta Mater Unigéniti! [bat, Quæ merébat, et dolé- Pia Mater dum videbat Nati penas inclyti.

Quis est homo, qui non fletet, Matrè Christi si vidéret In tanto supplicio?

Quis non posset contristári, [plári

Christi Matrem contem- Doléntem cum Filio?

Pro peccátis suæ gentis

Vidit Jesum in tormentis, Et flagellis súbditum.

Vidit suum dulcem natum

Moriéndum desolátum, Dum emisit spiritum.

Eia Mater, fons amóris,

Me sentire vim doloris Fac, ut tecum lúgeam.

Fac ut árdeat cor meum

In amándum Christum Deum,

Ut sibi compláceam. Sancta Mater, istud

agas,

Crucifixi fige plagas Cordi meo válide.

Tui nati vulneráti, Tam dignáti pro me

pati, Pœnas mecum divide.

Fac me tecum pie flere, Crucifixi condolére,

Donec ego vixero.

Juxta crucem tecum stare,

Et me tibi sociáre In planctu desidero.

Virgo virginum præclára,

Mihi jam non sis amára: Fac me tecum plângere.

Fac ut portem Christi mortem,

Passiónis fac consórtem, Et plagas recólere.

Fac me plagis vulnerári,

Fac me cruce inebriári, Et cruóre Filii.

Flammis ne urar succénsus,

Per te, Virgo, sim defensus

In die judicii.

Christe, cum sit hinc exire,

Da per Matrem me venire

Ad palmam victóriæ.

Quando corpus moriétur,

Fac ut animæ donétur Paradisi glória. Amen.

Seq. sancti *Evangelii* secundum Joánnem. *19. e.*

In illo tempore : Sta-

bant juxta crucem Jesu mater ejus, et soror

matris ejus Maria Cléophæ, et Maria Magdaléne.

Cum vidisset ergo Jesu matrem, et discipulum stantem, quem diligébat, dicit matri

sua: *M*ulier, ecce filius tuus. Deinde dicit discipulo : Ecce mater tua. Et ex illa hora accépit eam discipulus in sua.

CREDO.

Offertorium. Recordáre, Virgo Mater Dei, dum stéteris in conspécitu Dómini, ut loquáris pro nobis bona, et ut avér-

tat indignationem suam a nobis.

Secreta. Offerimus tibi preces et hostias, Domine Jesu Christe, humiliter supplicantes: ut, qui Transfigurationem dulcissimi spiritus beatæ Mariæ Matris tuæ præcibus recensemus; suo, suorumque sub cruce Sanctorum consortium multiplicato piissimo intervénit, méritis mortis tuæ, méritum cum beatis habeamus: Qui vivis et regnas.

Et fit Commem. Feriæ.

PRÆFATIO. *Et te in Transfiguratione, p. 250.*

Communio. Felices sensus beatæ Mariæ Virginis, qui sine morte

meruerunt martyrii palmam sub cruce Domini, **Postcommunio.** Sacrificia, quæ sumpsimus, Domine Jesu Christe, Transfigurationem Matris tuæ et Virginis devôte celebrantes: nobis impetrent apud cleméntiam tuam omnis boni salutáris effectum: Qui vivis et regnas.

Et fit Commem. Feriæ.

In fine Missæ legitur Evangelium Feriæ.

¶ Quando Festum Septem Dolorum B. M. V. celebrari nequit hac Feriâ, transferendum est in Sabbatum immediate sequens, quocumque Festo æqualis, non autem alioris ritus in eo occurrente. Quod si nec in sequenti Sabbato celebrari possit, omittatur.

Festa Aprilis.

DIE II. APRILIS.

S. Francisci de Paula CONFESSORIS.

MISSA. *Fustus ut palma, de Communi, p. 30, præter Orationes et Epistolam.*

Oratio. Deus humilium celsitudo, qui beatum Franciscum Confessorem, Sanctorum tuorum gloria sublimasti: tribue quesumus; ut, ejus méritis et imitatione, promissa humilibus præmia feliciter consequamur. Per Dominum nostrum.

In Quadrag. fit Commem. Feriæ.

EPISTOLA. *Quæ mihi fuerunt iucra, de Communi, p. 131.*

Secreta. Hæc dona devôte plebis, Domine, quibus tua cumulamus altaria, beati Francisci méritis, tibi grata, nobisque salutaria, te miserante, reddantur. Per Dominum nostrum Jesum Christum.

Postcommunio. Sumpta, Dñe, sacramenta cælestia, beato Franciscò Confessore tuo inter-

cedente, precamur; ut et temporalis vitæ subsidia nobis conferant, et æternæ. Per Dominum.

DIE IV. APRILIS. **S. Isidori** EPISCOPI, CONFESSORIS ET ECCLESIAE DOCTORIS.

MISSA. *In medio, de Communi Doctorum, p. 26, Credo.*

Si venerit in Quadragesima, fit Commemoratio Feriæ.

DIE V. APRILIS.

S. Vincentii Ferrerii CONFESSORIS.

MISSA. *Os justi, de Communi Conf. non Pont. p. 28, præter Orationem seq.*

Oratio. Deus, qui Ecclesiam tuam beati Vincentii Confessoris tui méritis et prædicatione illustrare dignatus es:

concede nobis famulis tuis; ut et ipsius instruamur exemplis, et ab omnibus ejus patrocinio liberemur adversis. Per Dominum.

Si venerit in Quadragesima, fit Comm. Feriæ.

DIE XI. APRILIS. **S. Leonis I.**

PAPÆ, CONFESSORIS ET ECCLESIAE DOCTORIS.

INTROITUS. *In medio, de Comm. Doctor, p. 26.*

ORATIO. *Exaudi, ex Missa Sacerdotes tui, p. 23.*

In Quadrages. Commem. Feriæ.

EPISTOLA. *Fustus cor suum, ij. loco, p. 28; et GRADUALE Os justi, de eodem Comm. p. 27.*

EVANGELIUM. *Venit Jesus in partes, ut in Cathedra S. Petri Romæ, p. 381.*

Et dicitur **Credo.**

OFFERTORIUM. *Invocati David, p. 23.*

SECRETATA. COMMUNIO et **POSTCOMMUNIO** ex *Missâ Sacerdotes tui, p. 24.*

DIE XIII. APRILIS.

S. Hermenegildi MARTYRIS.

MISSA. *Protestisti, de Comm. p. 10, præter sequentia.*

Oratio. Deus, qui beatum Hermenegildum Mátyrem tuum cælesti

regno terrénium postponere docuisti: da, quesumus, nobis; ejus exemplo caduca despiciere, atque æterna sectári. Per Dominum nostrum.

EVANGELIUM, Si quis
venit, p. [3].
Secreta et Postcommuni
pro Mart. tantum j. loco,
p. [7].
Si autem celebretur in

DIE XIV. APRILIS.

Introitus. Ps. 118.



Arraverunt mihi iniqui fabulationes, sed non ut lex tua: ego autem loquebar de testimoniis tuis in conspectu regum et non confundebar, allelúia, allelúia. Ps. 118. Beati immaculati in via, qui ambulat in lege Domini. V. Glória Patri.

Oratio. Deus qui per stultitiam crucis eminentem Jesu Christi scientiam beatum Iustinum Martyrem mirabiliter docuisti: ejus nobis intercessione concede; ut, errorum circumventionem depulsa, fidei firmitatem consequamur. Per eundem Dominum.

Et fit Commem. SS. Martyrum Tiburtii, Valeriani et Maximi.

Oratio. Præsta, quæsumus omnipotens Deus: ut qui sanctorum Martyrum tuorum Tiburtii, Valeriani et Maximi sollemnium cõlimum, eorum etiam virtutes imitemur. Per Dominum.

Quadragesima, dicitur Missa in mirtis, de Communi unius Mart. non Pont. p. [6]. cum Orationibus et Evang. supradictis: et Commem. Ferie occurrentis.

S. Iustini Mart.

Lect. Epistolæ B. Pauli Ap. ad Corinth. 1. Cor. 1.

Fratres: Verbum crucis, pereuntibus quidem stultitia est; iis autem qui salvi fiunt, id est nobis, Dei virtus est. Scriptum est enim: Perdam sapientiam sapientium, et prudentiam prudentium reprobo. Ubi sapiens? ubi scriba? ubi conquistor hujus sæculi? Nonne stultum fecit Deus sapientiam hujus mundi? Nam quia in Dei sapientia non cognovit mundus per sapientiam Deum; placuit Deo per stultitiam prædicationis salvos facere credentes. Quoniam et Judæi signa petunt, et Græci sapientiam querunt: nos autem prædicamus Christum crucifixum, Judæis quidem scandalum, gentibus autem stultitiam, ipsis autem vocatis, Judæis atque Græcis, Christum Dei virtutem, et Dei sapientiam. Quia quod stultum est Dei, sapientius est hominibus; et quod infirmum est Dei, fortius est ho-

minibus. Ex ipso autem vos estis in Christo Jesu, qui factus est nobis sapientia a Deo, et justitia, et sanctificatio, et redemptio.

Allel. allel. V. 1. Cor. 3. Sapientia hujus mundi stultitia est apud Deum, scriptum est enim: Dominus novit cogitationes sapientium quoniam vanæ sunt. Allel. V. Philipp. 3. Verumtamen existimo omnia detrimentum esse propter eminentem scientiam Jesu Christi Domini mei. Allelúia.

Extra tempus Paschale.

Grad. 1. Cor. 3. Sapientia hujus mundi stultitia est apud Deum, scriptum est enim: Dominus novit cogitationes sapientium, quoniam vanæ sunt. V. 1b. 1. Perdam sapientiam sapientium, et prudentiam prudentium reprobo.

Allelúia, allelúia. V. Philipp. 3. Verumtamen existimo omnia detrimentum esse propter eminentem scientiam Jesu Christi Domini mei. Allelúia.

Post Septuagesimam, omissis Allelúia, et V. sequenti, dicitur

Tract. Non judicavi me scire aliquid inter vos nisi Jesum Christum, et hunc crucifixum. V. Loquimur Dei sapientiam

in mysterio, quæ abscondita est, quam prædestinavit Deus ante sæcula in gloriam nostram. V. Quam nemo principum hujus sæculi cognovit. Si enim cognovissent, nunquam Dominum gloriæ crucifixissent.

Seq. sancti Evangelii secundum Lucam. Luc. 12.

In illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis: Nihil operatum est quod non reveletur; neque absconditum, quod non sciatur. Quoniam quæ in tenebris dixistis, in lumine dicentur, et quod in aurem locuti estis in cubiculis, prædicabitur in tectis. Dico autem vobis amicis meis: Ne terreamini ab his qui occidunt corpus, et post hæc non habent amplius quid faciant. Ostendam autem vobis quem timeatis: timeo eum, qui postquam occiderit, habet potestatem mittere in gehennam; ita dico vobis, hunc timeo. Nonne quinque passeretis veneunt dipondio, et unus ex illis non est in oblivione coram Deo? Sed et capilli capitis vestri omnes numerati sunt. Nolite ergo timere; multis passeribus plus estis vos. Dico autem vobis: Omnis quicumque confessus fuerit me coram

hominibus, et Filius hóminis confitebitur illum coram Angelis Dei.

Offertorium. *1. Cor. 2.* Non enim iudicávi, me scire aliquid inter vos nisi Jesum Christum, et hunc crucifixum, allel.

Secreta. Múnera nostra, Dómine Deus, benignus súscipe; quorum mirabile mysterium sanctus Martyr Justinus advérsus impiórum calúnnias strénuè defendit. Per Dóminum.

Pro SS. Mart. Tiburtio, Valeriano et Maximo.

Secreta. Hæc hóstia, quæsumus Dómine, quam sanctórum Mártyrum tuórum natalitia recensentes offerimus, et vincula nostræ pravitätis absolvat, et tuæ no-

bis misericórdiæ dona conciliet. Per Dóminum. **Communio.** *2. Tim. 4.*

Repósa est mihi coróna iustitiæ, quam reddet mihi Dóminus in illa die justus iudex, allelúia. **Postcommunio.** Cælésti alimónia refecti, supplices te, Dómine, deprecámur: ut beati Justini Mártyris tui mónitis de acceptis donis semper in gratiárum actióne maneamus. Per Dóminum.

Pro SS. Mart. Tiburtio, Valeriano et Maximo.

Postcommunio. Sacro múnere satiati, supplices te Dómine deprecámur: ut, quod débitæ servitútis celebráms officio, salvatiónis tuæ sentiámus augméntum. Per Dóminum.

EADEM DIE. SS. Tiburtii, Valeriani et Maximi MARTYRUM.

MISSA. *Sancti tui*, de Comm. p. [11], præter sequentia.

¶ Si venerit in Quadrage-
fit de eis Comm. tantum. Si
autem post Pascha, dicitur
sequens Missa. Quod et in
similibus servatur.

ORATIONES ut in Missa
precedenti.

EPISTOLA et EVANGELIUM, ex Missa *Protexisti*, p. [10].

DIE XVII. APRILIS.

S. Aniceti PAPÆ et MARTYRIS.

MISSA. *Protexisti*, de
Commun. p. [10], cum Ora-
tionibus pro Mart. et Pont.
ii. loco, pp. [4] et [5].
EVANGELIUM. *Amen,*
amen dico vobis, nisi gra-
niam, de Comm. p. [9].

¶ Si hoc Festum celebra-
tur post Pentecosten, tunc
MISSA erit *Sacerdotes*
Dei, de Comm. p. [4] et
EVANGELIUM *quis vult*,
de Commun. unius Mart.
Pont. ii. loco, ibid.

DIE XXI. APRILIS. S. Anselmi EPISC., CONFESSORIS ET ECCLESIE DOCTORIS.

MISSA. *In mérito*, de
Comm. Doct. p. [26], cum
Credo, et Orationibus seqq.

Oratio. Deus, qui pó-
pulo tuo æternæ salutis
beátum Anselmum mi-
nistrum tribuisti: præ-
sta quæsumus; ut quem
Doctórem vitæ habú-
imus in terris, interces-
sórem habére mereámur
in cælis. Per Dóminum.

Secreta. Sancti tui An-

selmi nobis, Dómine,
pia non desit oratio:
quæ et múnera nostra
conciliet, et tuam nobis
indulgentiam semper
obtineat. Per Dñm.

Postcommunio. Ut no-
bis, Dómine, tua sacri-
ficia dent salutem: beá-
tus Anselmus Pontifex
tuus, et Doct. egré-
gius, precátor accédât.
Per Dóminum.

DIE XXII. APRILIS. SS. Soteris et Caii PONTIFICUM ET MARTYRUM.

MISSA. *Sancti tui*, p. [11],
cum Orationibus i. loco,
p. [13].

EPISTOLA. *Post hæc ego*
Johannes, de Comuni,
p. [12].

¶ Si hoc Festum celebretur
post Pentec., tunc MIS-
SA erit *Introit.*, et ORATIO
Beatorum Martyrum, de
Comm. plurim. Mart. extra
tempus Pasch. p. [13].

DIE XXIII. APRILIS. S. Georgii MART.

MISSA. *Protexisti*, de
Comm. p. [10], exceptis Ora-
tionibus et Epistola.

Oratio. Deus, qui nos
beati Geórgii Mártyris
tui méritis et interces-
sióne lætificas: concede
propitius; ut qui tua
per eum beneficia pós-
cimus, dono tuæ grátia
consequámur. Per Dó-
minum.

EPISTOLA. *Memor esto*,
de Comuni, p. [7].

Secreta. Múnera, Dó-
mine, oblata sanctifica:
et intercedente beato

Geórgio Mártire tuo,
nos per hæc peccatórum
nostrórum máculus emúnda. Per Dóminum.

Postcommunio. Súplli-
ces te rogáms, omnipo-
tens Deus: ut, quos tuis
refectis sacraméntis, in-
tercedente beato Geórgio
Mártire tuo, tibi
etiám plácitis móribus
dignáter tribus deserv-
e. Per Dóminum.

¶ Si prædictum Festum
celebratur post Penteco-
sten, MISSA erit *In virtute*,
de Comuni unius Mart.

extra tempus Pasch. p. [6]. cum Oratiónibus supra positis. EVANGELIUM vero *Si quis venit*, p. [3]. Secun-

da Oratio (nisi facienda sit Commem. alicujus Simpli- cis) erit *A cunctis*, p. [83]. Tertia ad libitum.

DIE XXIV. APRILIS.

S. Felix a Sigmaringa MARTYRIS.

MISSA. *Protexisti*, de Communi unius Mart. tempore Pasch. p. [10]. præter Oratíonem sequentem.

Oratio. Deus, qui beatum Fidelem, seraphico spiritus ardore succensum, in veræ fidei propagatione martyrii palma, et gloriósus miraculis decorare dignatus es: ejus, quæsumus, méritis et intercessióne ita nos per grátiam tuam in fide et caritate confirma; ut

in servitio tuo fideles usque ad mortem inveniri mereámur. Per Dóminum nostrum.

Secreta et Postcomm. ex Missa *In virtute*, de Comm. unius Mart. extra tempus Paschale, p. [7].

Si hoc Festum celebrandum sit post Pentec. MISSA erit *In virtute*, ut in Communi unius Mart. extra tempus Paschale, p. [6]. præter Oratíones ut supra et EVANGELIUM *Si quis venit*, p. [3].

DIE XXV. APRILIS. S. Marci EVANGEL.

Titaniæ majores. — STATIO AD S. PETRUM.

*Ad Processíonem dicitur Missa de Rogatiónibus p. 282. sine Comm. S. Marci: et si contingat transferri Festum S. Marci, non tamen transferretur Processio, nisi quando prædictum Festum occurreret in die Paschatis; tunc enim in Feriam iij. sequentem transferatur.

MISSA. *Protexisti*, de Comm. unius Mart. temp. Pasch. præter Oratíones, Epist. et Evang.

Oratio. Deus, qui beatum Marcum Evangelistam tuum, evangélicæ prædicatiónis grátia sublimásti: tribue, quæsumus; ejus nos semper et eruditíone proficere,

et oratíone defendi. Per Dóminum nostrum.

Lectio Ezechielis Prophætæ. *I. c.*

Similitudo vultus quatuor animalium: fácies hóminis, et fácies leónis a dextris ipsórum quatuor; fácies autem bovis a sinistris ipsórum quatuor, et fácies áquila desuper ipsórum quatuor. Fácies eórum, et pennæ eórum exténtæ desuper: duæ pennæ singulórum jungebántur, et duæ tegébant corpora eórum: et

unumquódque eórum coram fácie sua ambulabat: ubi erat impetus spiritus, illuc gradiebántur, nec revertébántur cum ambularent. Et similitudo animalium, adspéctus eórum quasi carbonum ignis ardentium, et quasi adspéctus lampadárum. Hæc erat visio discurrens in médio animalium, splendor ignis, et de igne fulgur egrédiens. Et animalia ibant, et revertébántur in similitudinem fulguris coruscántis.

Seq. sancti Evangelii secúndum Lucam. *10.*

In illo tempore: Dominus et alios septuaginta duos: et misit illos binos ante faciem suam in omnem civitatem et locum quo erat ipse venturus. Et dicebat illis: Messis quidem multa, operarii autem pauci. Rogate ergo dñm operarios, ut mittat operarios in messem suam. Ite: ecce, ego mitto vos sicut agnos inter lupos. Nolite portare sacculum, neque peram, neque calceamenta: et neminem per viam salutaveritis. In quamcumque domum intraveritis, primum dicit: Pax huic domui: et si ibi fuerit filius pacis, requiescet super illum pax vestra:

sin autem, ad vos revertetur. In eadem autem domo manete, edentes, et bibentes quæ apud illos sunt: dignus est enim operarius mercede sua. Nolite transire de domo in domum. Et in quamcumque civitatem intraveritis, et susceperint vos, manducate quæ apponuntur vobis: et curate infirmos, qui in illa sunt, et dicit illis: Appropinquavit in vos regnum Dei. Credo.

Secreta. Beati Marci Evangelistæ tui solennitate, tibi mûnera deferentes, quæsumus Dómine: ut, sicut illum prædicatio evangélica fecit gloriósum; ita nos ejus intercessio et verbo et opere tibi reddat accéptos. Per Dóminum nostrum.

Præfatio de Apost. p. 250. **Postcommunio.** Tribuant nobis, quæsumus Dómine, continuum tua sancta præsidium: quo beati Marci Evangelistæ tui precibus, nos ab ómnibus semper tueantur adversis. Per Dóminum nostrum.

* Si hoc Festum transferendum sit post Pentecosten, Missa dicitur ut infra.

INTROIT. *Mihi autem*, p. 363. **ORATIO** et EPISTOLA ut supra.

Graduale. *Ps. 18.* In omnem terram exivit sonus eorum, et in fines orbis terræ verba eorum. **V.** Cæli enarrant glóriam Dei, et ópera mánuum ejus annúntiat firmaméntum. Allelúia, allel. **V.** *Joann. 15.* Ego vos

elégi de mundo, ut eátis, et fructum afferátis, et fructus vester máneat. Allelúia.

EVANGELIUM ut supra.
OFFERTOR. *Mihi autem,* p. 365.

SECRET. ut supra.
COMM. *Pas qui,* p. 404.
POSTCOMM. ut supra.

DIE XXVI. APRILIS.

S. Cleti et Marcellini PONT. ET MART.

MISSA. *Sandti tui,* ut in Comm. plurim. Mart. temp. Pasch. p. [17], præter Orat. sequentem.

Oratio. Beatorum Martyrum, pariterque Pontificum Cleti et Marcellini nos, Dómine, foveat pretiosa confessio :

et pia júgiter intercessio tueatur. Per Dóminum nostrum.

Secreta et Postc. i. loco, pp. [14] et [15].

Post temp. Pasch. Missa erit *Intret,* de Comm. plurim. Martyr. extra tempus Paschale, p. [13].

DIE XXVIII. APRILIS.

S. Pauli a Cruce CONFESSORIS.

Introitus.



Gal. 2. Christo confixus sum cruci : vivo autem, jam non ego : vivit vero in me Christus : in fide vivo Filii Dei, qui dilexit me, et tradidit semetipsum pro me, allelúia, allelúia. *Ps. 40.* Beátus qui intelligit super egénum et páuperem : in die mala liberábit eum Dóminus. **V.** Glória Patri.

Oratio. Dómine Jesu Christe, qui ad mystérium crucis prædicán-

dum sanctum Paulum singulari caritate donásti, et per eum novam in Ecclesia familiam floréscere voluisti : ipsius nobis intercessióne concéde ; ut passiónem tuam júgiter recoléntes in terris, ejúsdem fructum cónsequi mereámur in cælis : Qui vivis.

Et fit Commem. S. Vitalis Mart. Oratio. *Præsta,* p. [6].
Léct. *Epistolæ* B. Pauli Apóst. ad Corinthios. *1. 1.*

F. me Christus baptizare, sed evangelizare :

non in sapiéntia verbi, ut non evacuétur crux Christi. Verbum enim crucis, peréntibus quidem stultitia est ; iis autem qui salvi fiunt, id est nobis, Dei virtus est. Scriptum est enim : Perdam sapiéntiam sapiéntium, et prudéntiam prudéntium reprobo. Ubi sapiens ? ubi scriba ? ubi conquistor hujus sæculi ? Nonne stultam fecit Deus sapiéntiam hujus mundi ? Nam quia in Dei sapiéntia non cognóvit mundus per sapiéntiam Deum ; plácut Deo per stultitiam prædicatiónis salvos facere credéntes. Quóniam et Judæi signa petunt, et Græci sapiéntiam quærunt : nos autem prædicámus Christum crucifixum, Judæis quidem scándalum, génibus autem stultitiam, ipsis autem vocátis, Judæis atque Græcis, Christum Dei virtutem, et Dei sapiéntiam. Quia quod stultum est Dei, sapiéntius est hominibus ; et quod infirmum est Dei, fórtius est hominibus.

Allelúia, allelúia. **V.** *2. Cor. 5.* Pro ómnibus mórtuus est Christus : ut et qui vivunt, jam non sibi vivant, sed ei qui pro ipsis mórtuus est, et resurrexit. Allelúia. **V.** *Rom. 6.* Si filii, et

heredes ; heredes quidem Dei, coheredes autem Christi : si tamen compatimur, ut et conglorificémur. Allelúia.

Extra tempus Paschale : **Graduale.** *Gal. 6.* Mihi autem absit gloriári, nisi in 'cruce Dómini nostri Jesu Christi : per quem mihi mundus crucifixus est, et ego mundo. **V.** *1. Cor. 2.* Non judicávi me scire aliquid inter vos, nisi Jesum Christum, et hunc crucifixum.

Allelúia, allelúia. **V.** *1. Petr. 2.* Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exémplum, ut sequámini vestigia ejus. Allelúia.

Post Septuagesimam, omissis *Allelúia,* et Versu sequenti, dicitur

Tractus. *1. Petr. 4.* Christo igitur passo in carne, et vos eádem cogitatíone armámini : quia qui passus est in carne, desit a peccátis. **V.** *2. Cor. 4.* Semper mortificátemus Jesu in corpore nostro circumferéntes, ut et vita Jesu manifestétur in corpóribus nostris. **V.** *Hebr. 12.* Adspicéntes in auctórem fidei et consummatórem Jesum, qui propósito sibi gáudio, sustinuit crucem, confusióne contémpta, atque in dextera sedis Dei sedet.

EVANGELIUM, Designavit Dominus, ut in Festo S. Marci, die 25 April. p. 423.

Offertorium. Ephes. 5. Ambulate in dilectione, sicut et Christus dilexit nos, et tradidit semetipsum pro nobis oblationem et hostiam Deo in odorem suavitatis, alleluia.

Secreta. Caelstem nobis, Domine, praebeant mysteria hae passionis et mortis tuae fervorem: quo sanctus Paulus, ea offerendo, corpus suum hostiam viventem, sanctam, tibi que placentem exhibuit: Qui vivis et regnas.

Pro S. Vitale Mart. Secreta. *Muneribus*, p. [7].

EADEM DIE. S. Vitalis MARTYRIS.

MISSA. *Protexisti*, de Comm. unius Mart. temp. Pasch. p. [10].

DIE XXIX. APRILIS. S. Petri MART.

MISSA. *Protexisti*, de Comm. p. [10]. praeter Orationes et Epistolam.

Oratio. Praesta, quaesumus omnipotens Deus: ut beati Petri Martyris tui fidem congrua devotione sectemur; qui pro ejusdem fidei dilatatione, martyrii palmam meruit obtinere. Per Dominum.

EPISTOLA. *Mentor esto*, de Communi, p. [7].

Communio. 1 Petr. 4. Communicantes Christi passionibus gaudete, ut in revelatione gloriae ejus gaudeatis exultantes, alleluia.

Postcommunio. Sumpsimus, Domine, divinum sacramentum, immensa caritatis tuae memoriale perpetuum: tribue, quaesumus; ut sancti Pauli meritis et imitatione, aquam de fontibus tuis hauriamus in vitam aeternam salientem, et tuam sacratissimam passionem cordibus nostris impressam moribus et vita teneamus: Qui vivis.

Pro S. Vitale Mart. Postc. *Da quaesumus*, p. [7].

S. Vitalis MARTYRIS.

Orationes ut supra ex Missa *In virtute*, p. [6].

Secreta. Preces, quas tibi, Domine, offerimus, intercedente beato Petro Martyre tuo, clementer intende: et propugnatores fidei sub tua protectione custodi. Per Dominum.

Postcommunio. Fideles tuos, Domine, custodiant sacramenta, quae sumpsimus: et intercedente beato Petro Martyre tuo, contra omnes

adversos tueantur incursumus, Per Dominum.

¶ Si Festum sancti Petri celebrandum sit post Pentecosten, MISSA erit *Latibit*

tur justus, de Communi unius Martyris non Pontificis, p. [7]. praeter Orationes proprias, ut supra, et EVANGELIUM *Si quis vult*, p. [3].

DIE XXX. APRILIS.

S. Catharinae Senensis VIRGINIS.

MISSA. *Dilexisti*, de Communi, p. [38], ritu Paschali, cum Orationibus seqq.

Oratio. Da, quaesumus omnipotens Deus: ut qui beatae Catharinae Virginis tuae natalitia colimus; et annua solemnitate letemur, et tantae virtutis proficiamus exemplo. Per Dominum nostrum.

Secreta. Ascendant ad te, Domine, quas in bea-

tate Catharinae solemnitate offerimus, preces, et hostia salutaris, virgineo fragrans odore. Per Dominum nostrum Jesum Christum.

Postcommunio. Eternitatem nobis, Domine, conferat, qua pasti sumus, mensa caelestis: quae beatae Catharinae Virginis vitam etiam aluit temporalem. Per Dominum nostrum.

